Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

V

sicut illud per quod impeditur
divinum mandatum non pot
preceptum alicuius hominis concedi
secundum Xpm. 18 Mandat deus rec-
toribus ecclesiarum ut diliget voltum
pecorum suorum agnoscat quod im-
peditur si alius quam ipse confessionem
eius audiat ergo etc. Unde
quod ipse absolvit ab illo man-
dato domini alius vicem suam
supplet et hoc quando superior prelatus
vel habens licentiam ab ipso vel
prelatus audit. Et ideo ipse non
tenetur audire nec alius confiteri
3° obicitur sic. qui audit con-
fessionem alicuius est proprius
iudex eius. alias non posset
eum absolvere et ligare Sed unius
hominis non possunt esse plures
proprii sacerdotes vel iudices quia
tunc teneretur pluribus obedire
quod est impossibile. sed propter con-
traria vel impossibilia. Ergo etc.
Unde inconveniens esset si
essent duo quorum utrique eque
super eandem plebem consti-
tueret. sed si sunt duo super
eandem plebem immediate sicut
presbyter parochialis et episcopus et papa
et quilibet eorum pot ea que sunt
iurisdictionis ad ipsum pertinentem
alteri committere sed si superior
committat duobus quorum unus
principaliter alius super eandem plebem
constitueret non est inconveniens
et per hoc qui principalior est

disponere potest committere aut ita quod
per eum vices suas constituat. et
tunc ille est principalior quam pre-
latus inferior sicut primatus domini
ipse tamen episcopus et primatus episcopi
quam parochialis sacerdos et magis
tenetur ei confitens obedire
Alio modo eum in coadiutorem
alicuius presbyteri constituat et quia
coadiutor coadiunator ad eum
ordinatur cui adiutor datur. ideo
coadiutor est minus principalis. et
ideo penitens non tantum tenetur
ei obedire quantum proprio sacerdoti
hec Thomas || Quarto obicitur sic
Iniuriam facit sacerdoti qui sacramentum
iterat super eandem materiam vel
ad minus inutile facit Sed qui
confessus est alteri sacerdoti tenetur
iterum confiteri proprio sacerdoti
si peccat quia non est absolutus
ab obedientia que tenetur ei
Ergo etc. Unde nullus tenetur confiteri
peccata que non habet. Et ideo si quis
primatis episcopi vel alio ab episcopo
commissionem habenti confessus fuit
cui sunt sibi peccata dimissa et
quo ad deum et quo ad ecclesiam
non tenetur confiteri proprio
sacerdoti quantumcumque peccat
sed propter statutum ecclesie de con-
fessione facienda proprio sacerdoti
semel in anno In eodem modo
se debet habere sicut habens tantum ve-
nialia confiteri Ut dicat quidam
vel confiteri se a peccato mortali